



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1631**

Exegesis Euangelij Ioannis VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

Paulus  
tri, pro  
om hoc,  
s mem-  
r. Chri-  
pellan-  
rem le-  
nobis  
ista sit,  
ex pro-  
amoni  
o mun-  
est, &  
. Itaque  
rum, &  
, seu a  
humani  
, instru-  
fando  
re, or-  
circori  
n, sem-  
redar-  
compr-  
ze aqu-  
rentr,  
at, mune-  
n reui-  
ato ma-  
ille Dio-  
Paulus  
ca opera  
culpe  
ifl qua-  
Zach-  
mai imm-  
entia  
ifili pro-  
etus in-  
cipitum  
ponens  
omo do-  
cupa-  
ent, &  
cationu-  
que

querant, nosque premebant sub priore, id est, sub veteri testamento, hi ac-  
cepunt reprobationem aeternae hereditatis, hoc est, celestium bonorum o-  
mnibus electis annuntiatam, qui ad hanc aeternam praedestinationem a Deo vo-  
cari sunt.

*EXEGESIS EVANGELII DOMINICÆ*  
*in Passione, Joannis VIII.*

**H**odie vocatur Dominica in Passione, non quod hoc die fit Dominus passus, sed quia initium recolitur Dominicæ passionis, quando iam Iudei illum sententia firmata statuerant occidendum, ideo iam incepitur eius passio recoli. Seruatur autem Dominicæ passionis memoria duabus hebdomadibus, quo significetur Christum & pro duobus populis, & duobus populis passum. Populus enim Iudeorum tradidit eum in manus grecum, clamoribus que importunitis institerunt, ut crucifigeretur. Populus vero gentium iudicauit eum ad mortem, eumque crucifixit, non aliam habens causam quare ita faceret, nisi quia importunitis clamoribus a populo fuit Iudeorum ad hoc impulsus. Cum ergo in Iudeorum concilio decretuisset, ut ille foret occidendum, Ecclesia mox incipit passionis Domini celebrare memoriam. Habitum autem fuit concilium hoc post suscitacionem Lazari, quem iuxta calculum aliorum gestorum sequentium constat sexta feria proxima precedenti vita restitutum. Post quod miraculum Iudei conuenerunt, deinceps tractantes Salvatoris. Eo tempore dedit consilium Caiphas, dicens: *Expedit vobis, ut unus moriatur pro populo, ne tota gens ibidem pereat: undeab illo die statuerint eum interficere.* Eam ob rem hodie incipitur planitus maior super Dominicæ passione futura, que iam meditata fuerat a Iudeis & statuta. Cum itaque Dominica hodie passio recoli incipiat, legitur Euangelium rei huius non inconueniens, quo voluntas animusque Iudeorum erga Dominum Iesum declaratur. Ex hoc enim Euangelio ostenditur diu etiam ante Iudeis necen Domino fuisse meditatum, & ad hanc inferendam se penumero eos quasissime occasionem. Quod totum ex illorum inuidia esse natum, texus quoque huius Euangelij commonstrat. Ita quod dicit Joannes Euangelista:

Dixit Iesus turbis Iudeorum & principibus sacerdotum: *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

Iam ante Iudeis eorum via exprobrauerat, mendacium, inuidiam, ambitionem & fastidiam illorum taxans, nunc subindicit quoque eos stimulans, quod sibi necem quoque meditarentur. Quod si iustus (vt videri volent) hoc ficerent, nec si stolidum fore ut peccatum in Christo inuentum obijerent, cuius gratia indignus non esset trucidari, nedum puniri. Dicit ergo turbis Iudeorum, ac principibus sacerdotum: *Quis ex vobis arguet me de pecca-  
to? felicer, verè quis mihi peccatum obijicit, qua misfistis ministros qui me caperent, vobisque adducerent. Si me queritis occidere, causam mortis ostendite. Ecce me vestro nunc submittens iudicio, interrogabo vos licet hostes meos, & licet vitæ meæ insidiatores, tamen vos illuc inuito, ut si quid quod*

FF 3. iustus

VI  
21

iustè sit reprehendendum, aut cuius sim verè reus, fuerit in me delicti, producatis in medium. Quod cum non poteritis, res ipsa loqueretur vos non aliunde, quam malitia & iniuria moueri aduersum me. Satis hic Dominus Iudeos arguit calumniarum, & iniquissimi odij quod aduersus se habebant sui persecutores. Magna fiducia iustitiae est, magna innocentia, quando hostium se Christus submittit iudicio, iuxta illud: *Et inimici nostri sumi dices.* Neque enim indocti erant homines, quibus hic loquebatur, nec viiles. Cui si quid poruissent contradicere, procul dubio illud obiecissent. Hoc certè nemo nostrum posset dicere, qui sumus in peccato licet alieno, & concepi & nati, & in proprijs delictis nostris enutriti. *Sed enim dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Dicit etiam Psalmista: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiesceret in monte sancto tuo?* Cui respondet: *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, temque: Inno. ens manib⁹ & mundo corda.* Quia verò nihil horum in nobis est (Sumus enim inquinati omnes) ideo primo datus est nobis baptismus, deinde pœnitentia, quibus mundetur à peccato. Solus ergo Christus dicit potuit: *Quis ex vobis arguet me de peccato? quia illum decuit esse ab aliquo peccato, qui pro aliorum se peccatis voluit ac debuit interponere mediatorem.*

*Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi?*

Si, id est, quia veritatem vobis dico, quare non creditis mihi? Semper credendum est veritati, contra hanc enim nulla est dissimilatio. Prædicto vobis Euangeliū salutis, & quomodo efficiamini filii Dei, doceo vobis. Confitor me Filium Dei esse, & vestra peccata (quandoquidem ipsi neque corrigere, neque aduertere vultis) obiurgare non desino, quo à via perditionis ad viam vos reuocem salutis, quare non creditis mihi? Neque enim creditis, qui non ad obediendum, sed magis ad me occidendum animos velitos paratis. Multa fuerunt (tametsi difficultas fortasse vlla sece obiceret credituris) qua testimonium perhibuerunt Christo ipsum esse Messiam, qui profecto veritatis erant argumenta tam efficacia, ut his non posset contradicī, quin ad credendum pias mentes euincerent. Omnes namque palamabant scripturæ, & prophetarum testimonia de Christo venturo. Implevit præterea erat tempus expectationis humang, iuxta prophetarum vaticinia, & iuxta calculum Danielis, quare non modo inuestigandum erat, an nasciturus esset Christus, sed potius vbi esset natus. Accedebat præcursoris multiplex, clarumq; testimonium. Ad quem studiose miserant Pharisæi interrogandum de Christo. Aderant denique Christi miracula, & signa, quæ faciebat virtute propria. Discipulorum quoque miracula in nomine ipsius Christi Iesu facta id ipsum testabantur. Hæc itaque quid alius loquebantur, quid sentire & fateri aliud cogebant, quam Dominum nostrū Iesum, Christum esse & Dei Filium? Adeo iam, quod innocentia vitæ eius, quod puritas, sanctitas quæ prædicationis eius, quod denique constantia & zelus, quem pro veritate, & iustitia gerebat, facis testabatur eum esse Christum. *Quia ergo veritatem (inquit) vobis dico, & nullum, quod verè mihi possit objici, in me est peccatum, non ex mea parte seu culpa, sed ex vobis ipsiis est, quod non creditis mihi.* Quomodo?

**Deut. 32.**

**Psalm. 50.**

**1. Ioan. 1.**

**Psalm. 14.**

**Psalm. 23.**

**August.**

**Acto. 3.**

**Daniel 9.**

**Math. 3.**

**Lucz 3.**

**Ioan. 1.**

**Math. 11.**

**Luc. 10.**

**Messia Chri-**

**tum esse que-**

**teb⁹ in eum⁹**

**perib⁹ buerint.**

**Q**

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

Qui est ex Deo tanquam Dei amicus per fidem, & per gratuitum amorem, hoc est, per charitatem eidem coniunctus, ut id ipsum cum eo, & vesti & nolit, hic verba Dei audit delectabiliter, & obediens. Propterea vos non audit, id est, haec sola & præcipua est, quare non audiatis me, cauca, quia ex Deo non estis. Hoc tamen intelligendum est, non ut ex Deo non fuisse pertinetur. Iudæi secundum esse natura (omnia enim hoc modo sunt à Deo) sed quod per esse gratia, seu gratuitum non erant ex Deo. Per prædestinationem namque, per reformationem gratia, per imitationem quoque diuina bonitatis fit, ut alii sint ex Deo, alii non sint. Qui enim natus est ex Deo, inquit Ioannes, non peccat, peccatum scilicet ad mortem, hoc est, in peccato non perseuerat usque ad mortem, quoniam semen Dei manet in eo, & generatio seu prædestinationis Dei conseruat eum. Non potest enim de hoc mundo aliter emigrare, quam Filius Dei. Hoc loco admonemur non parum, nec vulgariter timere, si Dei sermones non diligimus, si non seruamus iuxta Christi verbum, ex Deo nos non esse. Sunt autem in triplici genere, qui Dei verba non audiunt, unde seipso agnoscere possunt, ex Deo non esse. Sunt enim qui prouersus audire contemnunt Dei verbum, aut ut non infideli & stimantes, aut circa alia occupati, in quibus eorum gressus infectus est, ut alii non deleter. Sunt alii, qui Dei verbum audiunt, sed nihil eos delectat, nil afficit, nil mouet, terret, aut alibi, unde Dei obdiant verbo. Tertiisunt, qui audiunt & delectantur, sed cum illud perfidere debeant opere, Dei verbum rejeiciunt. Nemo tamen est temere iudicandus, nemo contemnendus, aut desperandus, quia qui forfite, hodie non audit, cras aut aliquando adhuc audire incipiet cum defidio. Excontra: Quem hodie delectat audire, cras aliquando ne non delectabit. Præterea omnia aguntur hæc in secreta scientia Dei, nos autem latentes, quoniam iudicia Dei ab yssus multa.

Responderunt igitur Iudæi, & dixerunt: Nónne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & daemonicum habes?

Quia nihil vitiorum ei poterant obijcere, ad contumelias (quod perpetuam erat eis refugium) se converunt: Nónne bene dicimus? Subindican non tam solum se dicturos, sed dicere etiam assuetos, idque iustè, quod est. Si Samaritanus, id est, partim Iudæus, partim non, qui quod velle observarer, ubi non vellet, ad morem Samaritanorum Iudæorum legem, eorumdemque observantias contemneret. Et daemonicum habes. Quali dicent: Recè sentimus te daemonicum habere. Neque enim diuina id virtute tibi visu venit, ut secreta cordium agnoscas, sed diabolo revelante, cui confederatus es, quæ meditamur, agnoscas. Huius enim adiutorio facis, quæcumque facis. Nouerant, hi qui eum vocabant Samaritanum, natum esse Iudeum, sed ex contemptu, quia sabbato infirmos curabat, ut desertorem legis. Samaritanum vocabunt. Samaritani non erant ex stirpe Israel generati, 4. Reg. 18. sed translati ex Assyriorum gente in Samariam, in locum filiorum Israel, Samaritanis qui fuerint.

VI  
21

quos Salmanasar rex Assyriorum transtulerat in terram Assyriorum, & pro illis suis gentes homines in Samariam transduxerat, qui vocabantur Samaritani, cum origine forent Assyrini. Itaque hi Samariam incolentes à bestiis impugnabantur. Quapropter consultum eis fuit, ut Israelitarum, qui ante habitauerant ibi, ritus, Deumque colendi modos imitarentur, ut sic à bestiis liberarentur. Quod vbi fecissent, à bestiis sunt voracibus liberati. Itaque legem Moysi quidem & libros eius receperunt, sese quoque circundarunt, sed nihilominus simul colebant idola. His itaque comparabant Christum, ipsum vocantes Samaritanum, qui non sincere obseruare legem Moysi.

Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos in honora stis me.

Ioan.s.

Dominus Iudeorum calumnijs respondens: Ego, inquit dæmonium non habeo. Vide quam humiliter respondet, quam mansuetè, quam benignè. Ante Euangelium hoc scribitur, quod gloriari fuerant se filios esse Abraham liberos, & nunquam seruiti alicuius obnoxios, quamobrem dure obiurgauerat eos Dominus, dicens, nihil prodesse illis propaginem carnis, aut seminis traductionem, quandoquidem Abraham non imitarentur virtutem. Neque enim ea, quæ ipsi faciebant, fecit, ait, Pater Abraham. Quare ab illo nimis dissentient opera eorum. Non igitur rectè eius possunt dici filii, nisi sint etiam ipsius virtutis ac fidei imitatores, imitatione. Iure itaque (ut dixi) de hac eos iactantia obiurgari, pro gloria & Patris sui honorificans. At modo vbi contumelij ipse grauatur, quam benignè respondit docens nos pro Dei honore fortiter zelari, respondere constanter & prudenter, & Dei defendere honorem. Porro vbi pro seipso alicui nostrum zelandum est, ibi mansueti debemus esse, misericordes & humiles. Vult nobis quoque pari modo virtutem mansuetudinis esse commendatam, ut eo tempore, quo ab aduersariis contumelias recipimus, eos non corripiamus, ne utrinque exasperati, aut nos delinquimus excedentes modum, aut illi accrius sciamus. Est præterea alia ratio, cur eos, qui maledicti in nos iacuum, non arguamus. Tunc enim & qui increpantur, & hi, qui audiunt, facile existimant ex apperitu vindictæ hanc procedere correctionem. Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum. Quare duabus fibi contumelij obiectis, ad unam tantum respondet Dominus, ad alteram tacens dissimulat? Dissimulat enim, quod vocatur Samaritanus, nec ad hoc responderet. Superfluum enim erat respondere, se non esse Samaritanum, quia nemini non esset manifestum ipsum esse Iudeum natum. Nec etiam pro prebro aut coniunctio id accepit Dominus, licet illi ex intentione hæc dicent, quo opprobrio illum adscirent, eum vocantes Samaritanum. Nemus enim propterea melior neque vilior, si corporali fuerit natuitate, vel a parentibus natus Samaritanus, vel Iudeus. Docuit igitur nos non iras, nec respondere, si quando ad nostri virtuperationem dicatur de nobis id, quod culpam non habet. Verbi gratia: Non est contumeliam sustinuisse, nec inde turbari debemus, aut moueri, si dicat nos quis elemosynam comedisse, si ex pago & de agrorum colonis natos, si dicat deformes, si dicat sciaue-

Maledicte-  
res cur non  
sunt arguedi.

Qualem nos habere vocem, si gibbosum, aut si monocolum eum, qui altero caret oculo nominet, quia hæc omnia sunt, quæ culpam habent nullam, de quibus nemo quoque debet erubescere. Sed honorifico Patrem meum, quod non facerem, si dæmonium haberem, ille namq; minimè honorat Deum. In hoc autem honorifico, quod homicidas & mendaces arguo, dicentes se Abraham & Dei filios. Longissimo enim à se interuallo distant illorum vita & opera Dei aut Abraham. Quippe cùm Deo ex diametro mendacium & homicidium repugnent. Diaboli magis est horum patrem esse, qui mendax <sup>Ioan. 8.</sup> fuit ab initio, & mendacij pater. Iactauerant enim se paulo ante, quod Patrem haberent Deum, Abrahamq; essent filii. Ideo arguerat eos Dominus: Si ibidem, Ds, aut Abraham essent filii, eorum opera imitando perficerent. Iam verò conuincerentur ex patre esse diabolo, cuius opera imitando vellent perficere. Et vos in honoraftis me contemnendo, atque opera Dei diabolo ad- <sup>Esaie 51.</sup> scribendo. Videtis quomodo, cùm malediceretur Iesus, non maledicebat, <sup>Roman. 12.</sup> conuiciantibus tam mansuetè respondens, quo docuit nos quoque, ne vin- <sup>Pet. 1.</sup> camur à malo, sed in bono vincamus malum, reddentes pro malo bonum, & ira exagitationem superemus. Quod solus is poterit, qui fuerit humilis. Ille enim solus non sentit contumeliam, quisquis suam non amat gloriam.

Ego non quærō gloriam meam: est qui quærat & iudicet.

Ego me non ostento, nec gloriam quærō, sicut diabolus facit, qui se quæ- <sup>Matth. 4.</sup> rit adorari, cultumq; sibi fieri, cùm nihil sit, ideo nihil concordia, conuen-  
tioneque mihi est cum diabolo. Est qui querat & iudicet, Pater scilicet me-  
us cælestis, qui honorari non potest, nisi honoraret & Filius, sicut ipse testa-  
tur idem: *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.* Ob- <sup>Ioan. 5.</sup>  
serua itaque quod per tria purgare se vult Dominus, quod dæmonium non <sup>Ab obiectis.</sup>  
habeat. Primo, quia Patrem honore colit. Secundo, quia suam gloriam ne-  
que amat, neque querit, vt homo. Tertio, quia Pater cælestis filij sui glo-  
riam querit, & iniuriam vindicat. Horum nullum non potest non satis ef-  
fici præbere testimonium, quod Dominus dæmonium non habeat. Vides  
hic quia Christus gloriam suam, quæ illi deberit, non querit? Num igitur  
tibi licet, aut congruum est, vt qua tua non est, nec tibi deberitur, quæras glo-  
riam, peccator vilis? Aut vt dominari, seu præesse, regere, inaniter ve ex-  
tolli velis? Proinde vide, ne tu quoque propterea ad Christum non perti-  
neas, sed ad diabolum, cui ex viis tuis, quam Christo es similius.

Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Iudei: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mor-  
tuus est, & Prophetæ, & tu dicas: Si quis sermonem meum ser-  
uauerit, mortem non gustabit in æternum.

Quo magis erudire Christus cupiebat populum hunc duræ cervicis, eo <sup>Aector. 6.</sup>  
magis dæmoni pleni furebant. Quicquid enim Christus loquebatur, veri-  
taserat & mansuetus. Quicquid illi respondent, blasphemiam sonat. Di- <sup>Ioan. 14.</sup>  
citemus Iesus: Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit,  
scilicet per fidem, charitatem, & obedientiam, mortem non videbit in æ-  
ternum,

VI  
21

ternum, id est, mortem animæ non experietur in æternum. Loquitur enim de morte, non qualicunque, sed de ea quæ est animæ, qua à Deo separatur anima. Illam namq; huiusmodi homo non videbit mortem in æternum. Dixi un tergo Iudæi: Nunc cognoui mus, quia dæmonium habes, qui tam foli dè, tamq; præsumptuosè mentiris, tantum tibi arrogans, omnibus impudenter te præferens. Abraham pater noster mortuus est, & Prophetæ, quibus fuit nemo maior. Hi sermonem seruauerunt Dei, & tamen nihil minus mortui sunt. Et tu dicas: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Proh infaniam. Quis enim tu es, pauper homo, & filius fabri, ut tanti facias sermonem tuum, dicasque cum non moriturum, quisquis tuum sermonem seruauerit? quandoquidem sanctus Abraham, qui Dei licet audierit sermones, non tamen quin moreretur, seruatus est. Quidam verba tua maioris forent efficacitæ, quam Dei.

Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et Prophetæ mortui sunt. Quem te ipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Et Pater meus, qui glorificat me: quem vos dicitis, quia Deus noster est: & non cognouisti cum, ego autem noui eum. Etsi dixerim, quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo.

Si ego glorifico meipsum, id est, gloriōsum & magnum prædicto me, quia non à Patre, sed à me ipso, quicquid habeo, habeam, gloria mea nihil est, nullius momenti, maximè iuxta opinionem vestram, qui solū hominem, fabrique filium me putatis. Est Pater meus, scilicet cælestis, qui glorificat me, id est, gloriōsum facit in operibus, signis, virtutibus, & testimonij, puta qui dixerat de me baptizato: *Hic est Filius meu dilectus*. Quem vos dicitis, id est, de quo dicitis, quia Deus noster est, qui nos pascit, regit, auxiliat, nosque ei cultum ut Deo vero impendimus. Et non cognouisti eum sub ratione Patris, quia Trinitatis mysterium ignoratis. Aut non cognouisti eum, quia factis, hoc est, pessimis vestris operibus negatis illum. Aut non cognouisti, ut cognoscendus es, quia seruitis ei pro commodis temporibus, ut serui, non ut pari filii. Ego autem noui eum omnibus modis predictis. Et si dixerim, quia nescio eum, ero vobis similis mendax. Sed scio eum, scientia æterna & increata, & sermonem eius seruo, id est, voluntate eius facio opere & veritate. Deinceps ad verba corum: Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? responderet.

Abraham Pater vester exultauit ut videret diem meum, vidit, & gauius est.

Abraham pater vester exultauit, id est, cum lata, hilariter fiducia optauit diem meum, scilicet videre. Quo perspicuum est, illum minorem me esse, qui optauit videre diem meum, id est, tempus aduentus mei, passionis meæ, quia in carne mea redimam mundum. Et vidit, & gauius est. Quando vidit? Per fidem vidit incarnationem Christi, quam putatur intellectus, cum audiret: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Aut ad minus per-

*Matth. 4.  
Matth. 6.  
Matth. 3.  
Lucas 3.*

*Ezecl. 31.*

relationem Iohannis Baptista in lymbo vidit, id est, didicit Passionem Christi quoque dici potest vidisse in figura, quando Isaac filium suum immolare voluit: quo tamen salvo atque incolumi ad Dei iussionem manente, hincum harentem cornibus pro eodem Deo obtulit.

Dixerunt ergo Iudei ad eum : Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dicit eis Iesus : Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.

Non intelligentes verba Christi Iudei pleni furore, frendebant aduersus Isum. Inuidia namque eos excēbat. Quamobrem Christi verba nisi literatim tantum intelligere non potuerunt. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Quare non dixerunt: Triginta, aut quadraginta annos nondum habes? sed de quinquaginta loquantur. Respondebat iuxta Chrysostomum, Dominum Iesum tenerrimae fuisse complexionis ac nobilissime, atque ideo propter multijugem laborem, propter paupertatem & parsimoniam, & propter calidæ regionis illius intemperiem, annos forem, quan erat, apparuisse. Amen amen dico vobis: Non vincitur pietas, sed Iudeorum obiectionibus humiliiter respondens: Antequam, inquit, Abraham fieret, id est, crearetur, ego sum. Non dicit: ego eram, sed ego sum, offendens se. Eum ille eius, qui dicit: *Ego sum qui sum*, esse suæ æternitatis, Exod. 1, quod neque præteritum habet, neque futurum, insinuans.

Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum, ceu in hominem blasphemum, qui se xquaret Deo. Ipse autem nolens exercere potentiam, sed patientiam, abscondit se, id est, inuisibilem, seu non cognoscibilem se per diuinitatem reddens, exiuit de templo, mallens gloriofus iniuriam patiendo fugere, quam respondendo superare. Volut enim blasphemis ipsis subducere furore occasionem, ne ante tempus tantum flagitium committerent, quia nondum venerat hora eius. Dominus idem noster Iesus Christus mititatis ac patientiae sua nos faciat imitari hoc exemplar, quod est in se, nobisq*em* imitandum constituit, qui est benedictus in secula.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

*Quando liceat ab infamia se purgare, & quibus aduersus suos  
hostes remedij Christi fuerit usus.*

*Vix ex vobis arguet me de peccato?* Iohannis VIII. Occasionem huius verbi Christus Dominus noster accepit ex praecedentibus, quæ geserat & locutus fuerat coram Iudeis, qui magna moti inuidia contra eum, quererant ipsum interficere. Quod ut liberius audenter, tentabant, quibus poterant eum dolis & questionibus circumuenire, ut exsuum illum facerent populo. In festo itaque scenopegia in ultimo die cum vehementi zelo predicasset, & varius esset rumor in populo de eo: aliorum dicentium eum Prophetam, aliorum Christum, aliorum id negantum & obstrepentum, dissensio facta est in turba propter eum. Itaque cum Pharisæi audirent turbam, id est, aliquam partem turbæ murmurantem de illo, misericordia eius remeans. Et quoniam illa erat.